



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

Dusault, Nicolas

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. 7. Cæcitas eorum qui fidunt hominibus magis quàm Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

§. VII.

*Cacitas eorum, qui magis fidunt hominibus
quàm Deo.*

Porro quàm prudentiã credimus homini pollicenti suam nobis operam tum ad nos protegendum, tum ad succurrendum nobis ejus auxilium imploraturis; fidem verò Dei idem promittentis & sexcenties repententis vocamus in dubium? Ab homine exigis non tantum ut se tibi nudis verbis obliget sed vis etiam ut illa juramento, scripto, testimonio, & omni demum re quæ securitatem ac certitudinem inter homines præstare potest, confirmet. Nonne & Deus, ut supra diximus, promissis suis addit juramentum, & quidem iteratum prorsusque inviolabile, testes etiam adhibuit cælum & terram, Angelos & homines, obsignavit pretioso sanguine suo, stabilivit innumeris miraculis, confirmavit experienciã tot seculorum & personarum. Dixit ergò *Et non facies? locatus est Et non implebit?* Num. 23. Quis hoc suspicari nedum persuadere sibi audeat? Apostolus Paulus loquens de fide Abraham, de eo ait: *Qui contra spem in spem credidit, ut fieret Pater multarum gentium. Et non infirmatus est fide: nec*

H 3

con-

consideravit: corpus suum emortuum, cum iam
 ferè centum esset annorum & emortuam vi-
 vam Sara. In re promissione etiam Dei non ho-
 sitavit diffidentia, sed confortatus est fide, ad
 gloriam Deo: plenissimè sciens quia quacumque
 promissit, potens est ei facere. Ideo & reputatus
 est illi ad iustitiam Rom. 4. Et meritò inquit
 in hunc locum Philo; nihil enim justius quam
 habere Deo fidem, sicut meretur. Unde in
 Scripturâ sacrâ non immerito reprehendit-
 tur ij qui arguunt quorundam Sanctorum
 eximiam in Deo fiduciam; nemo siquidem
 est præter solum Deum, qui non possit nos
 fallere. Quod si quis his rationibus non mo-
 vetur ut magis fidat promissis divinis quam
 humanis, unum ex duobus fateatur necesse
 est: aut non esse se rationis compotem, aut
 Christianam fidem abjurasse; ut proinde di-
 gnus sit qui vel detrudatur in carcerem Sa-
 cræ Inquisitionis fidei; vel in stultorum
 ergastulum compin-
 gatur.

